



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*stit. Spoliat. & Mol. To. 4. Tr. 3. disp: 16. n. 1*

19. Ad hæc depræhensum adulterum retinere horas diurnas nocturnasq; 20. licet, testandæ eius rei gratia. *L. capite quinto to 25. ff. ad L. Iul: de adult. imò nonnulli apud Less: lib: 2. cap: 9. dub. 5. n. 16. censent maritum, posse tutâ conscientia interficere Uxorem in adulterio deprehensam quia in L. marito. ff. de adult. & in L. Gracili eodem tit. Maritus instituitur minister Iustitiæ, eiq; datur facultas eam occidendi. Sed hæc opinio prorsus tenenda non est, nam Iure Canonico corrigitur, & cap: inter hæc Nicolaus Pontifex expressè dicit, non licet iuxta leges Ecclesiasticas uxorem adulteram interficere.*

20. Postremò licet prehendere debitorem fugientem, eiq; nummos extorquere *L. ait Prator. 10. §. si debitorem 16. l. pen: in fin. ff. quæ in fraud. credit. Possumus item rescindere, quod adversarius in nostro fecit, cum jus faciendi non haberet. L. quemadmodum. 29. §. 1. ff. ad L. Aql. Præterea etiam ex conventionem, absq; Iudicis decreto in possessionem rei obligatæ inpossimus. L. pen. C. de pign. act. Sed & testamento*

mento testator permittere potest legatario privata auctoritateprehendere possessionem rerum legatarum *Menoch:remed. 5. adipis possession: n. 31. Temperanda tamen res hoc modo videtur, ut ingredi possessionem liceat, sed debitore non reclamante. Cæterum ut contradicenti jus fiat, nulla pactioe effici potest arg: ult: ff. ad L. Iul. de vi privata. Itaque errant, qui in L. 3. C. de pign: & hyp. ver. attamen, non præceptum contineri putant. Menoch: cit. remed. 5. n. 85. & alij. Plura de his in libris Feudorum, cap: un. de mil: Vasal. qui contum. est C. un. Hic fin. lex.*

## C A P U T II.

DE IVRISDICTIONE IUDICIS,  
ejusdem prorogatione, recusatione,  
delegatione & officio.

### C A S V S I.

**C**onstantinopoli Iudæus Christiano egenti certam auri summam mutuo dederat, ut constituto tempore Christianus & sortem, & usuræ loco, duas propriæ carnis uncias pen-